

tiæ est quoque Galenus l. 5. simpl. med. facult. c. 17. Prioris generis vegetabilia, mineralia & animalia: Posterioris verò sunt ex vegetabilibus nonnullis & ab animalibus quibusdam desumta, ut *stercora* quædam, & *fermentum*.

Quod autem Averroes putredinem agnoscit in fermento & stercoribus, id hodiè adscribimus salibus. Ideoque è RECO VEGETABILI omnes illæ plantæ, quæ calore excessivō sive sale acri atque causticō pollent, vesicas excitare queunt. Tales variæ ab autoribus numerantur, suntque herbæ: *anemone*, *apium rufus*, *nicotiana*, *nasturtium*, *thapsia*, *dracontium*, *euphorbium*, *lac fioulneum*, *lepidium*, *pes corvinus*, *ranunculus*, *struthium*, *helleborus*, *flamula Jovis*, *tithymalus*, *anacardus* &c. (1) Radices: *allii*, *cepæ*, *bryoniae*, *cyclaminis*, *pyrethri*, *scillæ*, *narcissi*, *hellebori nigri* &c. (3) Semina: *sinapi*, *nasturtii* &c. (4) Resinæ: *qualis pix*, *terebinthina* &c. (5) Fermentum vulgare panis.

Harum enumeratarum plantarum aliæ fortius, aliæ debilius urunt & agunt, pro ratione gradus in calore, vel pro salis volatilis, acriis & urentis præsentia.

Taliū virtutum etiam deprædicantur plantæ rīvis innascentes, quæ cacumina sua ultra alveum efferunt. Singularem de his observationem habet Heurnius method. ad prax. l. 1. p. 139. quod pleraque sint calidæ. Hinc *plantaginem aquaticam* in hydrope, intumentibus cruribus, feliciter humorem in vesicas excitasse, scribit.

Sic eortice viburni interiore pondere duorum aureorum imposito vesicas in dolore ischiadicō excitavit Paræus l. 17. cap. 23.

Henricus ab Heer observ. 21. singulari ἐγκέρνσει vesicas excitavit, cucurbitulam stupā ardente adimpletam, cuti applicando.

Nostrō experimento esula trita & post aures posita vesicam extendo, dolorem sedavit dentium.

MINERALE regnum suppeditat ad vesicas producendas varia, & sunt: *Sulphur*, *alumen plumæ*, *nitrum*, *calx* juxta Fienum l.c. *Butyrum*, *lij*, *oleum Oli*.

Ex ANIMALIUM regnō conducunt desumta ab iisdem stercora sive fimi, & in specie *columbinus* & *caprinus*. Qui fimi, cum ex putrefactione iisdem generatio constet, utique omnes attrahendi potestate pollebunt, juxta Gal. l. 5. simpl. med. fac. c. 17.. Sed non parva, *pergit*,